


29. SICUT erat in princípí-o, et nunc, et semper, * et in



sæcula sæculórum. Amen. Ant. Nōs qui vívimus, bene-



dícimus Dómino.

Prædicti Psalmi dicantur omnibus Dominicis diebus in Vesperis, quando de simplici Dominica agitur. Antiphonæ vero super Psalmos dicantur Dominicis ab Oçt. Epiph. usque ad Pascha, et a Dom. j. post Oçt. Trin. usque ad Vig. Nat. Domini.

Dominicis diebus per Adventum, Capitulum Ecce dies véniunt., Hymnus Cónditor alme síderum., V. Rorate., ut Sabbato ante Dom. j. Adventus; ad Magn. Ant. propria.

✽ Dominicis ab Oçt. Epiph. usque ad Quadrages., Capitulum Dóminus dírigat., Hymnus Lucis Creátor óptime. cantu Dominicali, V. Dirigátur., ut Dom. j. post Oçt. Epiph.; ad Magn. Ant. propria.

✽ Dominica j. Quadrages. et Dominicis proxime sequent. usque ad Dom. in Passione exclusive, Capitulum Hortámur vos., Hymnus Audi benígne Cónditor., V. Angelis suis., ut Sabb. ante Dom. j. Quadrages.; ad Magn. Ant. propria.

✽ Dominicis in Passione et in Ramis palmarum, Capitulum Tu autem Dómine Sábaoth., Hymnus Vexílla Regis., V. Eripe me Dómine ab hómine malo., ut Sabb. ante Dom. in Passione; ad Magn. Ant. propria.